



S. Odilo Abbas. Cura defunctorum

[Köln], [1654]

S. Monica Vidua. Cura viduarum & pupillorum.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-71907](#)



S. MONICA VIDUA.

Cura viduarum & pupillorum.

Deus, qui B. MONICA^E pias lacry-
mas, in filii sui Augustini conversione,
misericorditer suscepisti; da nobis pec-
cata nostra deplorare, & gratiæ tuæ in-
dulgentiam invenire.

Ora pro viduis & pupillis.

aus, Eccl.
2, diem 1.
& Principi
m cum SS.
o Diacono
sus illæsus
n compli-
ultos, quo
int, S. Her
e Theodo
na, cui pe
llata san
Jesum; l
ta. Bojan
, ubi Ep
bona pante
clesia; un
iam Eug
circa 826
aliam Ca
icina, sub
apite.

eius, sal-

MONICA, S. Augustini dupliceiter mater, quia eum & mundo & cælo peperit; marito Patricio Carthagine in Africa mortuo, quem senectute confectum Jesu Christo conciliarat; castam & operibus misericordiæ exercitam viduitatem agebat. In assiduis ad Deum orationibus, pro filio qui in Manichæorum hæresim inciderat, lacrymas effundere solita, illum etiam Mediolanum secuta, ejusdem ibi conversione & baptismo recreata est. Mox in Africam simul redeuntes, cum ad Ostia Tiberina constitissent, incidit ipsa in febrem; & precata circumstantes, ut sui ad altare Domini meminissent, animam Deo reddidit an. 388. Defunctam Augustinus pie luxit, & laudavit in suis libris, præsentim à prudentiâ & longanimitate, quibus & virti sui asperum ingenium, & filii intemperantem adolescentiam toleravit, utriusque correctionem à Deo expectans. Corpus lateritio conditum monumento, in cœmeterio S. Aureæ, anno 1161 ipsis apparitione revelatum fuit.

*Religio munda apud Deum hac est, vissare pupilos & viuas, in tribulatione eorum.
Jac. i.*